



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio I. Magnum Consilium: ubi latè agitur de prædestinatione
æterna Sanctissimæ Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581



CONSULTATIONES
THEOLOGICÆ
ET SPIRITUALES
DE
EXCELLENTIIS SANCTISSIMÆ
VIRGINIS MARIÆ
MATRIS DEI

CONSULTATIO PRIMA.

*Magnum Consilium, ubi latè agitur de prædesti-
natione aternâ Sanctissimæ Virginis.*

Felix anima, quæ
cognoscit DEUM
Creatorem suum;
felicior illa, quæ
cognoscit etiam
JESUM Christum
Salvatores suum. Sed felicissima
ista, quæ pertingit usque ad cogni-
tionem Sanctissimæ Virginis, Ma-
tris Creatoris sui & Salvatoris sui.
Non felix est anima; eo quod extra-
cta solummodò sit è nihilo per O-
mnipotentiam DEI, & efformata
ad ipsius imaginem; siquidem si

R. P. Isaac Tom. III.

hunc non cognoscat, melius foret
si, si esset creata nunquam. Sed
incipit esse felix, quando hunc co-
gnoscere incipit, eo quod jam pri-
mum faciat gressum, quem facere
oportet volentem appropinquare
ipsi. *Accedentem ad Deum, cre-
dere oportet, quia est.* Heb. 11.
v. 6.

Evadit multò felicior, quando
cognoscit JESUM Christum, Deum-
Hominem, & Salvatoram homi-
num: Non sufficeret ipsi cogno-
scere Creatorem suum, si suum
ignoraret Redemptorem, eo quod

A

in

in partem non veniret fructuum Redemptionis. Sed felicitas ejus augetur plurimum, quando cognoscit illum, cum secundus hic sit gressus major primo ad appropinquandum illi.

Nemo Salvari potest, nisi cognoscat Deum Unum & Trinum, JESUM Christum Deum-Hominem, & sanctissimam Virginem Matrem ipsius.

Nihilominus felicissima nunquam erit, nisi & cognoscat felicissimam Virginem MARIAM, Matrem Creatoris sui & Salvatoris sui; eoque attollitur ipsa inter sublimia Religionis nostrae Mytheria, tamque inseparabilem habet cum Divinis personis conjunctionem, ut non sufficeret animæ ad custodiendum se ab æternâ damnatione cognoscere DEUM Trinum & Unum, nec cognoscere DEUM Hominem, universalem Redemptorem omnium hominum, nisi cognosceret quoque Matrem Virginem, augustissimam Creatoris sui, & Salvatoris sui Matrem. Tres hæc cognitiones necessariam inter se & inseparabilem habent conjunctionem. Ut evadat anima felix, cognoscere ipsam oportet Deum, JESUM Christum & sanctissimam Virginem.

Nonne etiam videmus, hos esse tres primos articulos, quos Ecclesia credendos nobis proponit in nostro symbolo? *Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem cæli & terra.* Ecce tibi primum: *Et in JESUM Christum, Filium ejus unicum;* Ecce tibi secundum: *Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Mariâ Virgine;* Ecce tibi tertium, *Qui non æqualiter credit o-*

maes tres, non habet fidem; Et absque fide impossibile est placere DEO. Vide quanti referat omne in hoc conferre studium, ut sanctissimam cognoscamus Virginem, non minus, quàm Deum Patrem, & Filium ejus unicum JESUM Christum. Nemo potest venire ad Patrem, nisi per Filium, sicut ipsemet nobis declarat in Evangelio sancti Joannis: *Nemo venit ad Patrem, nisi per me:* Hic est articulus fidei; Et nemo etiam accedit ad Filium, nisi per Matrem; hæc est doctrina Catholica & idioma commune Sanctorum Patrum.

Considera, quâ conjunctione & quo ordine fides Christiana stabilita sit in mundo à sui initio. Quando JESUS Christus misit Apostolos suos, ut prædicarent ipsam per universum orbem, mandavit illis, ut inciperent ab instructione populorum. *Ita, Ecce ego mitto vos, sicut misit me Pater meus; docete ergò omnes gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Ecce tibi mox ab initio veritatem DEI Unius & Trini; sublimissimum hoc est omnium mysteriorum fidei, sed oportet id primum ingredi in animam hominum. Exin habebant jussa, ut prædicarent & annuntiarent omnibus mortalibus JESUM Christum, velut solum mediatorem reconciliationis suæ, Auctorem omnium gratiarum, & universalem Salvatorem omnium peccatorum: non nisi sanctissimi.

AG

Joan. 14
v. 16.

Matth. 11

*in
cult
per

ctissimum Nomen ejus gerebant in ore; omnium prædicationum suarum, omniumque colloquiorum suorum, assumebant ipsum cœa materiam & argumentum. Prædicamus vobis Jesum Christum crucifixum; non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos salvos fieri. Hæc est secunda veritas, quam stabiliebant firmiter in mundo, post illam de sanctissimâ Trinitate.

Tertio omnes Apostoli, & omnes sancti Patres, qui erant ipsorum Successores, prædicare non cessarunt sanctissimam Virginem, ipsius ubique publicare Excellentias, ipsius promovere cognitionem, cultum ac reverentiam veluti veræ Genitricis DEI per universam Ecclesiam, à quâ * adoratur; non minus necessarium judicantes persuadere hominibus, quod habeat Matrem in terrâ, quàm credendum proponere illis, quod habeat Patrem in cœlo; Eò quod æquali ratione credendum sit, ipsum verum esse Deum, procedentem de DEO vero, quàm credendum, ipsum esse verum hominem, natum ex Matre Virgine, à quâ sanctam suam receperit Humanitatem.

Ecce quâ ratione veritas de sanctissimâ Virgine, & divinâ ipsius Maternitate inclusa sit tribus præcipuis articulis Religionis Christianæ: & quomodo necessarium æqualiter sit cognoscere inprimis unicum solum Deum, Trinum &

unum; secundo Deum. Hominem, Salvatorem omnium peccatorum: tertio Matrem DEI, sanctissimam Virginem, quæ tam vere est Mater ejus secundum Humanitatem suam, quàm DEUS Pater est Pater ejus, secundum suam divinitatem; Ex quo deducitur, non minus explicandas esse Christianis excellentias Beatissimæ Virginis, quàm illas Patris æterni, & illas Filij ipsius Unigeniti JESU Christi: Et ideo observari hunc ordinem in tribus hisce generibus Consultationum Theologicarum & spiritualium, quas ita disponere conatus sum, ut cunctis animabus vel tenuem salutis suæ zelum habentibus facile suppeditarem medium, non minus commodè, quàm jucundè acquirendi cognitionem veritatum magis sublimium, magisque necessariarum salutis suæ: addiscent evolventes hunc librum pulcherrimas Theologiæ veritates, quamvis nullâ imbuti literaturâ, sed sanâ solummodo potiti mente.

Incepta Consultationibus de Excellentijs DEI, ubi exposui, prout potui, veritatem & unitatem hujus Entis entium, Trinitatem adorandarum personarum, & magnitudinem infinitarum ipsius perfectionum. Exhibui dein illas de Excellentijs DEI. Hominis JESU Christi, ubi declarare pro viribus studui, tum Divinitatem, tum Humanitatem ipsius; adhæc quid egerit, quid passus fuerit pro nobis & nostrâ sa-

A. 2.

lute:

Conjunctio
& series necessaria servata in tribus generibus Consultationum, de Excellentijs Dei, JESU Christi, & sanctissimæ Virginis.

Actor. 4.

oan. 16.

*intellige cultu hyperdulæ.

Arch. 11

lute. Et ecce modò tertiæ in suo sequuntur ordine, Explanaturæ vobis Excellentias Sanctissimæ Virginis Matris Dei. Si priores quandam lucem vestris attulere mentibus, vel bonum quempiam affectum in vestris excitavere cordibus, polliceri potestis vobis, non minus vel jucunditatis, vel utilitatis has vobis allaturas sed potius, cum verum sit, plerasque animas Christianas, quæ addictæ sunt devotioni, hanc experiri magis teneram, magis affectivam, magisque attractivam ex parte Sanctissimæ Virginis, quàm ex parte Majestatis Dei, vel ex parte JESU Christi ipsius; quamvis hæc semper minus fortis sit & longè inferior illâ, quâ feruntur in Deum; invenient etiam plus saporis & plus consolationis Matris admirabilis considerando Excellentias, quàm in omni aliâ, quam facere poterunt, lectione.

Nihilominus argumentum hoc non est, quod assumatur & explanetur facilius: Fateor potius, me adhærere plurimum opinioni plurimum Sanctorum Patrum, Sancti Ambrosii, Sancti Augustini, & præcipuè Sancti Bernardi dicentis: Non est, quod me magis delectet, non est, quod magis deterreat, quàm de Virginis gloriâ sermonem habere. Tacere de eâ non possum, sed nec possum de ipsâ loqui; si loquar de ipsâ velut de Deo, loquar nimium; Deus enim ipsa non est: si loquar de illâ velut de

simplici creaturâ, loquar nimis parum; probè namque intelligo, ipsam aliquid esse longè majus, omnibus cæteris creaturis simul. Quando dicam, ipsam esse Matrem DEI, & consequenter habere auctoritatem legitimam & naturalem in Deum, velut Matrem in suum filium; videtur hoc ipsam attollere supra Deum: nihilominus ipsa est creatura ejus; Et qui dicit creaturam, dicit aliquid, quod est infinità ratione infra Deum. An dicam igitur, ipsam esse supra Deum, vel ipsam esse æqualem Deo, vel ipsam esse inferiorem Deo? Quomodò de ipsâ loquendum est mihi!

Verum est, concipi nunquàm posse, quanto intervallo attollatur Majestas Dei supra ipsam; hoc enim est ratione prorsus infinitâ, & infinitudo hæc absolutè nobis est incomprehensibilis. Sed verum quoque est, rationem humanam capere non posse, quantum accedat ipsa ad excellentiam Dei, quantumque ipsa transcendat cæteras res omnes creatas; hoc enim velut est infinitâ quâdam ratione; Et quando dicitur, infinitâ ratione, velut ratione quâdam infinitâ, omnes cognitiones nostræ, quæ limitatæ sunt, pertingere eò nunquam possunt.

Quid faciam igitur, ut dicam aliquid, quod congruat Excellentissimæ Matris Dei? Quam diu reptamus super terram, nec cogitare, nec loqui possumus nisi hu-

milli.

Consulta-
tiones de
Excellen-
tiis Sanctis-
simæ hujus
Virginis
magis alli-
ciunt, &
oblectant,
quam aliæ.

S. Bernard.
Serm. 4 de
Assumpt.

Quàm dif-
ficile sit lo-
qui con-
gruè de
Sanctissimæ
Virgino.

Oportet se
attollere à
vilitate ter-
ra, ut con-
cipiatur aliquid ma-
gnum.

millimè & abjectissimè de rebus, eò quod videamus omnia tam parva, tamque coarctata, ut ipsamet mens se attenuet & demittat, quando de ijs cogitat, & fiat inhabilis ad comprehendendum aliquid de Excellentissis cœli. Oportet igitur ipsam egredi ex ergastulo hoc tam angusto, & ingredi aliam regionem superiorem, ut evagetur latè, & aperto fruatur campo in spatiis illis, quæ sunt super omnia tempora, & super loca omnia: Ibi non concipimus nisi ipsum Deum, nisi ipsius æternitatem, nisi ipsius immensitatem, & nihil, quod majus non sit mundo; & ibi adnitatur ipsa vel per transcursum & strictim intueri aliquid de Excellentissis Sanctissimæ Virginis. Sed periculosum est, huic se immergere abyssò, siquidem haud difficulter ibi absorbebitur, quisquis caruerit duce. Recedendum hic est nunquam à doctrinâ & iudicio Sanctæ Ecclesiæ; semper igitur ipsam auscultabo.

Cum hæc mecum revolverem, & resolvere me ad certum quid non possem, occurrit in oculos certa quædam caterva viatorum, quos peregrinantes ad loca sacra primâ fronte credebam, eò quod viderem illos simul collectos & intentos orationi; Sed discernere non poteram, an essent Angeli sub formâ humanâ, an verò homines induti pietate & sanctitate Angelorum. Abundè est, quod is, qui præcedebat, quasi legisset in animo

meo, omnes ipsius affectus & arcana intima, liberali oris vultusque habitu me peramicè sit allocutus: Quid tu cogitas?

An ignoras, negotium esse, quod ipsos Angelos percelleret timore, comprehendere aliquid velle de Excellentissis admirandæ Matris & Virginis? An te latet, quod Sanctus Bernardus, quamvis illustratus scientiâ potius è cœlo haustus, quàm studiis acquisitâ; insuper inæstimabili favore habens labia Virgineo Matris hujus lacte irrorata, nihilominus de seipso fuerit factus: *Non est, quod me terreat magis, quam de gloriâ Virginis Mariæ habere sermonem.* Et quid dicere tu poteris probè gnarus Exilitatis intellectus tui tenebris referti, cum timuerint tanta Ecclesiæ lumina, qui tam mira scripserunt de illâ, ut omnium Lectorum rapiant animos & ingenia. Recepi admonitionem hanc velut oraculum delapsam è cœlo, & desuper paratus à meo desistere proposito, converti me ad Sanctissimam Virginem, & dixi ipsi interiùs.

Serm. 4. de Assumpt.

Angelorum hominumque Regina,
 Dona, quæ habes, quis laudet divina?
 Audax sim nimis, laudate hæc volens,
 Trahor utrinque, afflictus ac dolens;
 Amor vult loqui fiducia fretus,

A 3 Ne

am dis-
 te sic le
 con-
 è de
 Et istum
 gino.

ortet se
 llerè à
 itate to-
 ur cob
 iatur &
 id ma,
 am.

Prima ja-
nua exhi-
bens introi-
tum in has
Consulta-
tiones.

Ne loquar, vetat id reverens
metus.

Nihilominus is, qui admonue-
rat, mihi stimulos addebat, in-
quiens: Ito, quod Deus te vocat,
cum sapius placuerit ipsi ex ore in-
fantium diffundere laudes suas ut
suos confunderet inimicos. Loque-
re de Excellentiss Sanctissimæ Vir-
ginis; sed humilia te, age simpli-
citer, & idioma loquere infantium.
Quamvis infantes non nisi balbu-
tiant, quamvis abs ullâ loquantur
facundiâ, & nec ipsa adhuc sua no-
verint formare verba, nihilominus
oblectant semper genitores suos,
& genitrices suas, eo quod ipsorum
ora è cordis sui loquantur abun-
dantiâ. Ne speres, locuturum te
dignè de Excellentiss admirandæ
hujus Matris; in acceptis tamen
referat ipsa, hoc, quod habes id fa-
ciendi desiderium, & parvulos,
quos impendere volueris conatus,
ad explanandum ipsius Excellen-
tias, & accendendum harum amore

te & alios. Deducam te in supre-
mam hanc regionem magnifica-
rum ipsius excellentiarum, quò
ingredi desideras; Non est ipsa mi-
hi proflus incognita; nam totus
ipsum sum, illiusque servitio à meis
addictus cunabulis: nihil me ita
oblectat, quam cogitare de illâ, &
de illâ miscere sermonem. Nun-
quam deferam te, quoad visus mi-
hi fueris hæc non fastidire collo-
quia.

Experiebar me totum animo
confirmatum, quod sorte tam au-
spicatâ invenerim Ducem tantâ re-
fertum charitate, qui pollicebatur,
quod deducere me veller, quocun-
que volebam; cùmque probè per-
spicerem, ipsum magno mihi adju-
mento fore, ad prosequendas om-
nes nostras Consultationes, instan-
tissimè efflagitavi illum, ut hoc,
quem ipsèmet mihi offerebat, locu-
pletaret me favore. Ipse rem de-
ducere volens ex suâ origine, ita
loqui mihi capit.

ARGUMENTUM.

De predestinatione in communi.

ARTICULUS I.

Quare inci-
piendus sit
sermo de
Sanctissimâ
Virgine, ab
ipsius præ-
destinatione.

Qui benè cognoscere vult veri-
tatem, aspicere illam debet in
Deo ipso; ipse est veritas ex pro-
pria essentiâ suâ, ipse est lumen,
quod demonstrat & ostendit om-
nia. Non invenitur veritas omni-
nò pura, certa, & absolutè infalli-

bilis, nisi in ipso solo, eò quod is
solus sit à se ipso, ens entium, &
veritas originaria omnium verita-
tum. Ex primo hoc ente proced-
unt omnia entia; Et ex primâ et-
iam hæc veritate derivantur nobis
omnes aliz veritates, velut omnes

rivi

rivi è suo dimanant fonte. In ipsa omnes sunt inclusa, velut omnes aquæ inclusa sunt in sinu maris; Ex ingenti hoc elemento ipsa exeunt, & in illud omnes revertuntur: sic nihil est veritas, quàm Deus, vel id, quod est in ipso; id, quod procedit ex ipso; & id, quod revertitur in ipsum.

Hinc est, quod Beati, qui intuentur Deum clarè facie ad faciem, cognoscant omnes veritates universales & particulares in infinità hac veritate, sintque ipsi tam docti, ut nihil ignorent eorum, quæ congruit ipsos scire. Econtra Dammati, qui Deum haud norunt, nullius sunt gnari veritatis, sunt ignorantia ipsa, tenebris involuti æternis. Et nos, qui sumus hic in terris velut in medio inter Beatos & damnatos, parùm habemus veritatis, sed multò plus ignorantiz circa veritatem, juxtà proportionem, quâ cognoscimus vel ignoramus Deum, qui est prima veritas; Et aliter fieri non potest.

Siquidem cum juxta effectum philosophorum, scientia sit cognitio certa & evidens rerum, per principia & causas suas sequitur, eos, qui non cognoscunt causam primam, Exempli gratià, Atheos, Paganos, impios & ejusmodi, omnes non esse nisi ignorantes & inscios, nec ullam habere posse certam & evidentem scientiam, siquidem quâ ratione cognoscant aliquid per causas suas, cum causam ignorent

primam: Sequitur econtra, omnes viros bonos doctos esse & imbutos scientiâ, quamvis nullam navarent operam studiis, nisi studio pietatis; quâ enim ratione docti non essent, si cognoscant veritatem primam, quæ omnes includit alias? Regius vates affirmavit, festis esse, frequentare hanc scholam, ut quis evadat doctus: *Accedite ad eum, Psal. 33. & illuminamini*; appropinquate magno huic luminis fonti, & vos illuminabit.

Nonne videtis, quàm bonum sit conversari cum Deo, agere cum ipso in oratione, loqui cum ipso interioriùs, & audire loquentem ipsum nobis in arcano cordis nostri? Discitur ab ipso plus in horâ, quàm addiscatur ab eruditissimis mundi Doctoribus in totâ vitâ. Nonne etiam videtis, quod bonum sit facere simul verba, & colloqui de veritatibus concernentibus Deum? Unum ejusmodi colloquium quandoque nobis erit majori emolumento, quàm diuturnum rerum humanarum studium.

In illo, exempli gratià, ubi incipere volumus studere cognitioni Sanctissime Virginis, bonus ordo requirit, ut cognoscamus ipsam per causam suam primam. Ante omnia igitur aspicere oportet ipsam in Deo, & contendendum nobis, ut cognoscamus, qualem de ipsâ formaverit is idæam, quale caperit de ipsâ consilium, qualem intentionem, & quid efficere velit ea admirabili

rabili hae creaturâ; quod propriè est inquirere prædestinationem ipsius æternam. Sed quis penetrare potest in profundas abyssos Consiliorum Dei? *Quis consiliarius ejus fuit?*

Rom. 11.
v. 34.

Quid intelligi possit ex æterno decreto prædestinationis.

Non creavit is hunc mundum ab æternitate, sed ab æternitate formavit decretum creandi illum in tempore. Si præsens fuisses formationi hujus Decreti, quod observari debet velut causâ primâ omnium rerum, vidisses ordinâsse ipsum, ut Omnipotentia totum conficeret opus, extrahendo illud è sinu nihili; ut sapientia divina totam illius disponeret Oeconomiam, locupletans illud infinitâ multitudine diversarum creaturarum, omnem ipsius constituentium pulchritudinem; ut providentia ipsius susciperet gubernationem, id conservando, & prospiciendo necessitatibus omnium Creaturarum, non solum in genere, & duntaxatillarum præcipuis; sed etiam in specie, & minimis quibusque ab altissimo in cælis Seraphim, usque ad minimam bestiolam in terris; Et à firmamento & astris, usque ad tenuissimum atomum aëris. Nihil tam magnum est, nihil tam parvum in toto universo, quod manuum ipsius non sit opus; adeoque & nihil est, quod curæ non sit ipsius providentiæ; Et quia omnes creaturæ virtutem non habent se conservandi, nec gubernandi se intelligentiam, providentia universalis

supplet omnia, conservat omnia, prospicit omnibus, & dirigit omnia ex Decretis æquali ratione invariabilibus & infallibilibus.

Verùm Supremus Creator fabricare voluit parvum quendam mundum spirituales & intellectualem, in magno hoc mundo materiali & privato intelligentiâ. Parvus hic mundus est homo, exquisitissimum manuum ipsius opus, quod novissimum formavit post omnes alias creaturas; Et parvum hunc mundum in comparabiliter majoribus, quam mundum magnum locupletare voluit prærogativis. Ecce tibi prærogatarum nonnullas, quibus voluit ipsum condecorare.

Prima est, quod formaverit ipsum ad imaginem & similitudinem suam, conferens ipsi animam immortalem, quâ redderetur particeps æternitatis Auctoris sui; Exornans ipsum intellectu & voluntate, ad cognoscendum & amandum Deum suum, sicut cognoscit & amat is semetipsum ab æterno; largitus ipsi insuper rationem ad se gubernandum, & plenam libertatem ad faciendum, quidquid voluerit, & disponendum, velut sui ipsius Dominum, cum omni eò, quod est infra se. Ecce tibi primam ipsius prærogativam, quæ exhibet ipsum velut imaginem visibilem invisibilis Dei.

Secunda adhuc major est, quod destinaverit ipsum ad possessionem æternam propriæ gloriæ suæ. Non

Tres magnæ prærogativæ, quibus Supremus Creator ditavit voluit hominem suum per omnes alias creaturas.

Notab

mino-

minoræ pro fine creavit ipsum, quàm ut ipsi conferret fruitionem æternam infiniti cujusdam boni: omnes aliæ creaturæ sunt pro ipso, sed ipse non est pro illis, sed est pro Deo solo. Et dici potest, quod si mundus magnus est mundus hominis, eò quod nil habeat in totâ suâ amplitudine, quòd factum non sit ad famulandum ipsi; homo similiter sit mundus Dei, eò quod nihil habeat in semetipso, quòd factum non sit pro Deo.

Et tertia prærogativa, quæ summè perficit cæteras, est quòd ipse inter creaturas sit velut dilectus Dei, maximâ pollens apud ipsum gratiâ; ipse solus est, cum quo suas capere vult delicias, cum quo habere commercium, familiaritatem & amicitiam intimam, cui sua communicare vult arcana, suas largiri gratias, cujus omnibus annuere vult votis, cum quo arctissimam servare necessitudinem, eò usquè, ut conferat ipso bona sua, propriam personam suam, vitam suam, & tandem id omne, quòd est, & omne, quòd habet. Ecce tibi prærogativas, quas largitur Deus homini soli, quasque nulli alteri elargitus est creaturæ.

Indubitatum igitur est, hanc unicam creaturam plus amari ab ipso, quàm cæteras omnes; hinc non sufficit illi, collocare ipsam sub regimine providentiæ universalis, velut omnes alias creaturas suas: Sed habet pro ipsâ provi-

dentiam quandam particularem, ubi benè dicas, quòd destinet pro ipsâ præcipuam providentiæ universalis partem, uti loquuntur Theologi; & hoc est, quòd appellatur prædestinatio, quæ non est, nisi pro homine solo, seque extendit ad omnes omnino homines: Nam sicut non est nec unica alia creatura, sive magna, sive parva, quæ non sit sub regimine providentiæ universalis, sic nec unicus etiam est homo, sive bonus, sive malus, qui conereditus non sit providentiæ particulari, & soli homini propriæ, quæ est prædestinatio.

Auscultaveram hucusque loquentem mihi magnâ cum tranquillitate, sed continere me non poteram, quin hic interpellarem ipsum, ipsique dicerem: Haud modicâ, Domine, percellis me admiratione: Nam si id, quòd profers, esset verum, sequeretur, omnes homines, nullo prorsus excepto, fore è numero prædestinatorum, omnesque proin fore salvandos. Et judicio tuo, nullus omnino foret reprobus, quòd manifestè oppugnat veritati fidei, quæ verbis luculentis nobis affirmat, numerum reproborum majorem longè futurorum numero prædestinatorum: *Multi vocati, pauci electi.* Verum igitur non est, omnes homines universaliter subesse regimini ac gubernationi prædestinationis.

differentia
inter provi-
dentiam uni-
versalem
& prædesti-
nationem;

Matth. 22.
v. 14.

Notabilis

R. P. 1/4ac Tom. III.

B.

Eia.

Omnes ho-
mines sunt
sub dire-
ctione præ-
destinatio-
nis, sed non
omnes sunt
prædesti-
nati.

Providen-
tia & præ-
destinatio
in aliquo
differunt,
& in altero
conveniunt.

Sap. 12, v.
18.
Cum ma-
gnâ reve-
rentiâ di-
spicis nos,

Eia quæso, respondit mihi, noli errare; Quando dico, quod prædestinatio sit providentia specialis gubernans omnes homines, non dico, quod omnes homines sequantur ipsius ductum & gubernationem; distinguendum hic est inter providentiam universalem, quæ moderatur omnes creaturas, & providentiam particularem, quæ moderatur non nisi homines; Et hæc in aliquo sunt similes, in alio dissimiles: Similes sunt in hoc, quod, sicut universalis non relinquit vel unicam creaturam, qualiscunque illa sit, cujus Specialem non suscipiat curam; ita particularis non relinquat vel unicum hominem, cujus speciali curæ non invigilet ad dirigendum illum à primo instanti vitæ suæ usque ad novissimum. Verum diversæ ac dissimiles admodum sunt in hoc, quod universalis sequi se faciat, sibi que obtemperari necessario ab omnibus, quas moderatur, creaturis, abs eo; quod illis resistendi sibi relinquat libertatem; Et ex hoc ipsa nunquam non est infallibilis. Sed particularis, quæ non nisi homines habet moderandos, non cogit illos necessario, quodcumque vult ipsa, eò quod hi suam habeant libertatem, hæcque magnâ cum reverentiâ disponat eos, sicut dicit Scriptura, relinquens illis semper libertatem resistendi sibi. Ast plerique homines miserabiliter abutuntur libertate suâ; Et licet sint omnes sub direc-

tionem prædestinationis, eò quod non sit alia providentia pro ipsis, & Deus nunquam vel unicum creaverit hominem, nisi ut faceret ex ipso prædestinatum; nihilominus, quia sequi nolunt directionem ipsius, malentes obtemperare depravatis inclinationibus, quamvis semper vivant sub legibus prædestinationis, nolentes sequi illas, semetipsos agunt præcipites in abyssum reprobationis. Deus ex parte suâ volebat ipsos prædestinare, & ipsi seipsum reprobare volunt miserabiliter.

Quamvis igitur verum sit, quod omnes homines dirigantur in hoc mundo per providentiam specialem, quæ alia non est, nisi prædestinatio, non sequitur, omnes prædestinatos esse, aut omnes salvandos fore. Qui sequuntur ipsam, relinquendo propriam suam voluntatem, sunt omnes prædestinati & salvandi. Qui resistunt ipsi, ipsamque deserunt, ut propriam suam sequantur voluntatem, sunt omnes reprobi. Sic omnes, qui salvantur, salvantur per directionem voluntatis Dei, quam voluerunt sequi; Et omnes, qui reprobantur, reprobantur contra voluntatem Dei, & ex propriâ voluntate suâ, quam sequi voluerunt. Perditio nostra nunquam oritur nisi à nobismetipsis: non capimus, nec ponderamus, quanti ponderis ac momenti sit bonus libertatis nostræ usus.

Affer-

Quoniam
intelligi
hæc vult
Si non
prædes-
tinatus, fa-
cile præ-
destina-
tus.

Cur major
pars bono-
rum repro-
betur, &
minor præ-
destinetur,
cum tantum
sint omnes
sub direc-
tione præ-
destinati-
onis.

Quomodo
intelligenda
hæc verba:
Si non es
predestina-
tus, fac ut
predestine-
ris.

Assertur quandoque effectum quoddam, quasi profectum ex ore alicujus sancti Patris Ecclesiæ (nescio, quis id dixerit, nec etiam, an ab aliquo pronuntiatum fuerit.) Si non es predestinatus, fac ut predestineris; quidquid sit de hoc; si effectum hoc recipitur velut Catholicum & consentaneum veritati, facile intelligi potest: Est enim, veluti quis diceret: Nisi sequaris consilia & curas predestinationis, quæ est providentiæ specialis hominum, à quâ dependes, velut omnes alij, non es predestinatus; sequere illas, & predestinatus, eris, id est, eris salvus: potes id, si velis, non aliud tibi agendum, quàm ut benè utaris libertate tuâ, quod Deus à te requirit; quare tam miser & malus es, ut abutaris illâ? His dictis substitit parum, & aspiciens cælum, emissio in illud profundo suspitio, seriam hæc & luculentam fecit considerationem.

Hanc ergò mi Deus! an ex propriis donis tuis conficiamus arma, quibus te offendamus, nobisque ipsis lethalem insigamus idem? Ah infelicem! Ah insensatum me! libertas, quam dedisti mihi, mi Deus, pretiosior est cunctis donis tuis naturalibus; ipsa pulcherrimus character est divinæ tuæ similitudinis, quo honorasti me super cæteras omnes creaturas tuas; Et idè cessare deberem nunquam, quin te benedicerem, te adorarem, tibi grates rependerem, & super

omnia te amarem ex totâ animâ meâ. Nunquam uti deberem illâ, nisi ad implendum omnes divinas voluntates tuas, ad promerendum æternas tuas retributiones; Et insignis hæc prærogativa ex culpâ meâ in maximam mihi vertitur jacturam, nunquam non exponens me periculo damnationis æternæ. Siquidem si libertatem non haberem, offenderem te nunquam, nec inferrem mihi ipsi malorum omnium maximum. Quid igitur prodest mihi insignis hæc prærogativa, cum per eam constringam me tam funestâ servitute? Quid juvat me, ex bonitate tuâ supra cæteras attolli creaturas, si mea malitia exindè capit ansam agendi me præcipitem in abyssum æternorum malorum, quo creaturæ aliæ, quæ hæc catent prærogativâ, dilabi non possunt.

Aufer, Domine, Exspolia me potius libertate hæc, quæ mihi fatalis est, nec potestatem per mitte mihi perdendi me, offendendo te; colloca me potius creaturas inter novissimas, quæ omnem collocant operam ne unquam offendant te, quasque adhibes in omnibus, prout placuerit tibi. Eheu! nonne melius foret omnibus damnatis, non extitisse nisi atomum vel vilissimum terræ vermiculum, quàm ad tuam conditam fuisse imaginem, & liberi sui habuisse usum arbitrij, quibus abusi sunt miserrimè??

Gloriamur heros nos esse ac Do-
minos

Magnam
nobis ipsis
facimus in-
juriam, ab-
utendo mi-
serè liber-
tate nostrâ,
ut nosmet
ipso repro-
bemus.

minos, eò quod creaturas videamus obedire nobis; verùm cur tantì nostram pandimus libertatem, ut fabricemur ex eà nobis idolum, usque ad contemptum Dei? Et cur tantà protervià propriæ nostræ inhæremus voluntati, ut nonnisi illi velimus obtemperare, aliud quasi non agendo, nisi ut illi faciamus satis; cùm ex aduerso omne nostrum in illam vertendum foret nobis odium, probè gnaris, plurimum esse illam inimicam nobis, & quidem solam, quæ in æternum reddere nos possit miseros ac infelices?

Consilium
valde utiles
pro bonâ e-
ducatione
aliorum.

O quàm necessariò imprimenda foret primitus hæc regula cunctorum animis puerorum, ut nihil tantùm oderint, quàm propriam suam voluntatem, ut illi refragentur semper, ut nunquam non oppugnent illam in omnibus, studeantque ipsam redigere in servitutem, nihil unquam permittentes illi nisi submissionem & obedientiam! Maxima sanè & cæca indiscretio est, ac malè sana crudelisque benevolentia, assuefacere, ut fieri amat, infantes, ut obedientiam sibi exhiberi faciant ab omnibus, propriis etiam suis parentibus, qui, quidquid voluerint, permittant ipsis, & antequàm noverint forma-

re verba, absolutum concedant ipsis dominium, & efficiant quidvis agendi, quidvis audendi facultatem. Nihil sanè majoris momenti est, quàm instigare maturè infantes ad obedientiam; Summum inculcando ipsis horrorem propriæ voluntatis suæ, velut bestię deformis ac ferocis, à quâ solà trahantur in infernum, & servatis in hac vitâ adhuc consignentur supplicij, quibus plurimum torqueantur: Et eò contra depingenda est illis voluntas Dei (quam in obedientiâ reperiunt) velut pulchritudo quædam infinita ratione amabilis, à quâ deducantur in cælum, & felices adhuc reddantur in hac vitâ: unico verbo, ad blandiendum est ipsis, & elargienda si obediant, sunt eis munera. Probè videbam, Zelum ipsius in documento hoc morali dilapsurum ulterius, hinc interpellavi ipsum, dicens: Sufficit, satisfactum est mihi circa argumentum hoc: Sed credebam, facturum te mihi verba de prædeterminatione Sanctissimæ Virginis, quàm hucusque nec unico terigisti verbo. Volebam id equidem, respondit mihi, & jamjam ad id accingebar, quando interpellasti me. Resumamus.



ARGU.

Nota
quodd
deit
Sanct
Virgi
fuerit
vileg
in om
bus
Effic
hujus
tatis
mag

ARGUMENTUM.

De prædestinatione speciali Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS II.

In tellexisti jam, magnum esse discrimen inter providentiam communem ac universalem, moderantem cuncta entia ratione orbata, & præcipuam providentiæ hujus partem, quam nuncupamus prædestinationem, non nisi homines dirigentem: intellige modò tertiam quandam adhuc esse, incomparabiliter alijs duabus nobiliorem; Et hæc tota singularis est, non nisi Sanctissimam respiciens Virginem: transgreditur hæc omnes mensuras, omnesque regulas; est superior omni lege ordinariæ sive naturæ, sive gratiæ, sive gloriæ; Est prædestinatio quædam suis privilegijs gaudens penè in omnibus, ita ut sæpe nunquam leges communes sequatur cæterarum omnium creaturarum; Et quando effata allegantur universalis, quæ comprehendant omnes, quæque nullum videantur eximere, quasi sufficiat ad concludendum: ergò Sanctissimæ Virgo non comprehenditur illis; siquidem ipsa suum habet privilegium, id est, legem suam privatam, quæ dispensatur ab universali. Exempli gratiâ, Scriptura dicit, quòd omnes peccaverunt in Adam; sed Sanctissimæ Virgo suum habet privilegium, quo præservatur à peccato origina-

li: quod omnes Matres pariunt cum dolore & postquam suam amiserunt Virginitatem; Communis hæc lex est, sed non tangit privilegium Matris Virginis, quæ peperit absque dolore; sicquè de multis alijs. Non alleganda est pro illâ lex universalis, siquidem ipsa habet quasi in omnibus privilegium, & exinde adhuc privilegium, & semper privilegium particulare; ita ut ipsi dici possit, quod Assverus Estheri. *Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Leges communes non sunt pro te, tu tuis gaudes & fructis privilegijs. Non aspicias ipsam velut cæteros prædestinatos; Sed memineris deinceps placiti & effati hujus prorsus necessarij, quod ipsius prædestinatio sit tota singularis, omninò privilegiata; Et ecce quare.

Considera benè, quid rei fuerit actum in prædestinatione Sanctissimæ Virginis. Non agebatur hîc solùm de creando aut fabricando aliquo mundo, quod fuisset ædificare domum pro habitatione hominis. Deus non adhibuit nisi unicum verbum, nisi unicum Fiat, ad exequendum magnum hoc consilium. Sed moliebatur & intendebat extruere palatium pro

Esther 17.
v. 13.

Excellentia
prædestina-
tionis Sanctissimæ
Virginis,
ex quâ om-

B 3 habi,

Nota benè,
quòd præ-
destinatio
Sanctissimæ
Virginis
fuerit pri-
vilegiata
in omni-
bus.
Efficax
hujus veri-
tatis sunt
magis,

nes tres
personæ di-
vinæ suum
trahunt e-
molumen-
tum.

habitatione infinitæ Majestatis suæ; hoc Exquisitissimum erat divina- rum manuum ipsius opus quod su- perare in Excellentia tantum de- bebat totum hoc universum, quan- tum hospes, pro quo præparaba- tur, transcendit hominem, pro quo creatus est mundus; Siquidem se- cundum nostrum intelligendi mo- dum omnes tres adorandæ Trini- tatis personæ, & earum qualibet haud leve ex eo trahebant emolu- mentum.

Pater, qui nonnisi unicum, so- lum habet Filium naturalem & consubstantialem, quique plures eorum habere non potest, deside- rat habere filiam, quæ plures sibi conferat filios adoptivos, è quibus numerosam admodum sibi consti- tuet familiam. Filius unicus, qui nonnisi unicum habet patrem, sed qui Matrem non habet secundum nativitatem suam divinam, deside- rat habere talem secundum Huma- nitatem, quæ sit digna se, quæque non degeneret à dignitate Patris sui æterni. Spiritus Sanctus, qui est sola persona sterilis intra Deum, eò quod aliquam personam non producat, desiderat habere spon- sam, cum quâ ita secundus fiat ex- tra Deum, ut per divinam ipsius operationem, Filius naturalis Dei realiter producat in Sanctissimâ Humanitate, Et denique tota ad- oranda Trinitas, quæ nonnisi ma- nebat in se ipsâ ante creationem mundi, desiderat sacrum habere

templum, ut conficiat ex eo habi- tationem sibi inter homines. Ecce tibi admirandum consilium, quod in prædestinatione æternâ Sanctis- simæ Virginis moliebatur Deus. Et idè ad honorandum sublime hoc mysterium, consuevit bonarum pietas animarum ipsi, indies, vel etiam de die pluries reddere hoc homagium omni plenum reve- rentiâ.

Ave Filia Dei Patris,

Ave Mater Dei Filij,

Ave Sponsa Spiritus Sancti.

Ave Templum totius Trinitatis.

Salutant ipsam inprimis velut Fi- lium Dei Patris, secundò velut Ma- trem Dei Filij, tertio velut sponsam Spiritus Sancti, & quarto velut Templum totius Sanctissimæ Tri- nitatis.

Tres adorandæ Trinitatis perso- næ, quempiam sibi ædificarunt mundam in personâ Sanctissimæ Virginis. Loquor juxta mentem Sancti Bernardi, qui ita ipsam ap- pellat: *Eam tanquam specialissi- mum mundum Deus sibi creavit.*

Et ante ipsum Sanctus Cypria- nus descriperat: fulius pulchritu- dinem mundi hujus omninò pro- digiosi, quem nonnisi ex virtutibus heroicis, nonnisi è pretiosis gratiæ divitijs, nonnisi è privilegijs pror- sus divinis inveniebat compositum; Et hoc ipsum est, quod constituit ipseus terram, ipseus mare, ipseus cælum, ipseus Solem, & cæteras omnes partes ad constitutionem

spe-

Praxis de
vota salu-
tandi Be-
atissimam
Virgine
adorando
omnes tre
personas
Trinitatis

S. Be-
rnat-
per S-
Regi-

Speciosi hujus mundi concurrentes.

Ecce quomodo de hoc loqueatur: *Legō & intelligo, quod Maria quidam mundus sit intelligibilis & admirandus, cujus terra; Soliditas est humilitatis; cujus mare, latitudo charitatis; cujus cœlum altitudo contemplationis; cujus Sol, splendor intelligentia; cujus luna, decor munditia; cujus lucifer, fulgor sanctitatis; cujus Arcturus, gratia septiformis; cujus sidera, cæterarum ornamenta virtutum pulcherrima.*

Redeo ad Sanctum Bernardum, qui plura dicit judicio meo, paucioribus verbis, Sermone quarto super Salve Regina. Non est virtus, dicit, o Regina cœlorum, quæ non resplendeat in te, & quidquid cæteri Sanctorum singillatim dispersiti sunt inter se, tu in totâ plenitudine suâ possides sola. *Quid quid singuli habuere Sancti, tu sola possides.*

Liceat hic mihi ulterius quid dicere, quod, licet fuerit ipsa creaturarum humanarum inserta albo, sit tamen conditionis tantis ditata privilegijs, tantoque intervallo transcendentis cæteras omnes, ut id, quod in alijs non erat, nisi natura, in hac totum sit gratia. Habebat ipsa corpus velut aliæ; verum hoc opus est gratiæ, cum Pater & Mater ipsius, qui steriles erant & annis graves, non habuerint bene dictum hunc fructum, nisi ex

singulari gratiæ privilegio. Habebat ipsa animam aliarum more; Sed hæc est anima tam pura, tam sancta tamque ab omnibus miserijs, quibus natura involvit aliæ, aliena, ut nunquam conspectum fuerit peccatum in ipsâ vel actuale, vel originale, aut macula vel minima.

Et macula non est in te. Habebat ipsa in animâ suâ passiones, sicut aliæ, verum hæc ita superabant omnes infirmitates aliarum naturales, ut fervierint in ipsâ, velut in JESU Christo, non nisi ad exequendum nobilissimos gratiæ effectus, opera & consilia: oporteret potius nuncupare illas virtutes animatas, quam passiones naturales, eò quod nullam senserint corruptionem naturæ, quæ est in alijs, quæque rapit illas versùs terram, cum exarscrit semper ipsa igne divino, qui attollebat ipsas versùs cœlum, quemque sapiens vocat *Vaporem virtutis Dei.*

Et ut dicam verbo, Excellentia & perfectio exquisitissimi hujus operis manuum Dei, ejusmodi & talis est, ut cum sit opus gratiæ, non sequatur in omnibus, nisi gratiæ directionem, non recipiat omnes motus suos, nisi ab emanatione claritatis Dei Omnipotentis, ut verbis utar Sipientis. Et Deus, qui tam magnum fecit illud, idque præparavit pro se ipso, voluit esse tum immediatum ipsius principium, tum causâ omnium ipsius operationum. Quem non alliciat aspectus prodigiorum

Cant. 4.
Quod in alijs creaturis non est nisi natura, in Sanctissimâ Virgine est gratia.

Sap. 7. vj
25.

Ibidem.

Consule Justinum Michovianum 1. parte disc. 121.

S. Bernard. Serm. 4. super Salve Regina.

giorum speciosi hujus mundi? Ecce quid actitatum fuerit in particulari prædestinatione Sanctissimæ Virginis. Ipsa mundus gratiarum est, eò conditus nomine, ut sit habitaculum trium personarum adorandæ Trinitatis.

Devota
considera-
tio circa
Excellen-
tias Sanctis-
simæ Virgi-
nis in præ-
destinatio-
ne suâ.

Ô divîna Maria! ô Mater admirabilis, quàm ineffabiles tuæ sunt Excellentiæ! ô quàm incomprehensibiles sunt nobis! Tu idem es fabricata à manu omnipotentis, ut eßes Sacrum Tabernaculum Dei cum hominibus. Filius tuus Unigenitus, qui incoluit per omnem æternitatem sinum infinitæ ratione augustum & magnificum patris sui, ubi tam dignè hospitabatur, descendit in terram, abscondens quidem, sed nihil deponens ex omni Majestatis suæ magnificentiæ, hospitaturus in Virginali sinu tuo; Et qui non judicavit sinum patris sui plus æquo & nimio se dignum, non judicavit etiam castissimum sinum tuum indignum se; tanta inter utrumque intercedit proportio. Deliciæ, quibus fruitur ab omni æternitate in sinu patris sui infinitæ ratione oblectant ipsum; sed illæ, quibus demulcetur in sinu tuo, ô admirabilis Mater, ita rapiunt &

absorbent ipsum, ut raptum in Extasim dilabi ipsum faciant præ amoris deliquio in brachia tua. Hem! quis dubitare possit, quia deliciæ tam puræ, tamque divinæ fuerint reciproçæ te inter & ipsum, sicut reciproçæ sunt patrem inter & Filium in Divinitate? Quantum igitur fuit tui cordis gaudium, quando recepisti adorandæ hujus Majestatis personam, ob quam te Deus tantis locupletaverat. Excellentij?

Ecce igitur statum, quò collocavit te manus Dei in prædestinatione tuâ æternâ, & id ipsum in æternum.

Quantâ devotione & amore erga Sanctissimam Virginem accenditur Cor, dum contemplatur magnas hæc veritates, & aliquantò pensulatim, magisque seriò considerat illas? Nonne durius sit pertrâ, & insensibilis ære, nisi emolliatur, totumque colliquescat affectibus gaudij, admirationis, reverentiæ, amoris, & præcipuè ætatis desiderij, totâ vitâ suâ se devovendi ceu fidelissimum.

Samulum Sanctissimæ
Virgini &



ARGU

Quæ r
ne Jef
Christ
prædel
natus,

A R G U M E N T U M.

De Eximijs tribus privilegijs singularis prædestinationis Sanctissimæ Virginis.

A R T I C U L U S III.

Prædestinatio specialis Sanctissimæ Virginis obtinet tres prærogativas, vel tria privilegia incomparabilia super cæteras omnes. Primum est, quod ipsa sit prædestinata omnium prima, ante omnem aliam personam, sive Angelicam, sive humanam, non excipio etiam propriam personam Filij ipsius Unigeniti. Hoc peregrinum vobis procul dubio videtur, sed videbitur adhuc magis, quando vobis dixerò, quod *Filius ipse unus JESUS CHRISTUS nunquam fuerit prædestinatus ad gloriã.* Nolite turbari desuper, sed attentè percipite & benè comprehendite pulchram doctrinam, quam S. Thomas nobis tradit, quæque etiam recipitur à Catholicâ Ecclesiâ, quamvis à pluribus ignoretur. Ante omnia benè adverte, quod tibi non dicam, *JESUM CHRISTUM non possidere gloriã; ô Deus!* absit à me hæc dicere; foret id; blasphemiarum omnium maxima; sed dico, quod non sit prædestinatus ad possidendum gloriã: Et hujus quancocujus videbis rationem.

Observa ulterius, quod non simpliciter dixerim, ipsum non esse prædestinatum: Contradicerem enim formaliter verbis expressis,

R. P. Isaac Tom. III.

quæ Sanctus Paulus exarata reliquit ad Romanos: *Qui prædestinatus est Filius Dei.* Afferit, quod prædestinatus sit, ut sit Filius Dei. Est ingens inter hæc duo discrimen; Esse prædestinatum, ut aliquis sit Deus, & esse prædestinatum, ut possideat gloriã. *JESUS CHRISTUS prædestinatus fuit pro uno, sed prædestinari non potuit pro altero: Quomodo hoc intelligendum!*

Intelliges quam primùm, si consideraveris, quod *prædestinatio sit decretum liberum voluntatis Dei, quod destinat creaturam rationalem ad bonum supernaturale, ad quod possidendum non habet jus, quodque naturaliter non pertinet ad ipsam.* Dicendum igitur est, quod *JESUS CHRISTUS non sit prædestinatus ad id, quod possidet ex se ipso, quodque naturaliter ad ipsum pertinet; sed quod solum prædestinatus sit ad id, quod positum fuerat in liberâ voluntate Dei vel dare, vel denegare ipsi; Essentiale enim est prædestinationi, esse decretum liberum divinæ voluntatis. Vide jam, quid ipsi sit naturale & necessarium, ac inseparabile ab ipso. Exempli gratiã, esse proprium Filium Dei æterni, & consubstantialem Patri, & secundam personam adorandam.*

Rom. 8. v. 29.

D. Thom. 3. p. q. 24. art. 2.

Quæ ratio.
ne Jesus
Christus sit
prædesti-
natus,

C

adorandam

adorandæ Trinitatis ; hoc ipsi est naturale, necessarium, & secundum divinitatem ipsius, non est igitur prædestinatus ad hoc. Habere possessionem plenam & integram omnium excellentiarum, & omnis gloriæ Dei, est ipsi naturale & necessarium & secundum divinitatem ipsius, ad hoc ergo prædestinatus non est. Sed esse JESUM Christum, id est, Deum Hominem, habere naturam nostram humanam unitam cum divinâ, ad faciendum, ut homo sit Deus in personâ, hoc non est ipsi necessarium, nec naturale, sed dependet à decreto libero voluntatis Dei, qui bene potuit hoc non facere, propriè igitur spectat ad supremam hanc Excellentiam essentia Dei, quod sit prædestinatus, ut inquit S. Paulus : *Qui prædestinatus est Filius Dei.*

Sed posito, quod hic homo sit proprius Filius Dei, opus non est prædestinatione ad conferendum illi possessionem gloriæ ; siquidem

hæc ipsiusest, hæc æquissimo titulo pertinet ad ipsum jure Filiationis suæ divinæ, abs eo, quod dependeat à decreto libero voluntatis Dei hanc vel dare, vel denegare ipsi. Nonne igitur clarè vides, plurimum differre hæc duo, prædestinatum esse ad habendum esse personale Dei, & prædestinatum esse ad habendum gloriam ? Nonne probè vides, quod JESUS Christus prædestinatus sit ad unum, & non ad alterum ? Mirari igitur desine, quando audies, JESUM Christum prædestinatum nunquam fuisse ad gloriam, & consequenter benignè recipere veritatem hanc, nec offendaris illâ ; quod nimirum JESUS CHRISTUS prædestinatus non sit ad gloriam ante Sanctissimam Virginem, quamvis possideat : hanc ante illam, & in statu longè sublimiori ; Verum hoc non est virtute decreti liberi prædestinationis ; sed quia habet eam ex se ipso, habens jus possidendi illam velut Filius Dei.

§. I.

Sanctissima Virgo est inter prædestinatos prima.

Beatissima Virgo est prima persona à Deo prædestinata ad gloriam.

PRærogativa singularis prædestinationis æternæ Sanctissimæ Virginis, est, esse omnino primam omnium personam, quam Deus prædestinaverit ad gloriam, ante omnem aliam, quæcunque sit, sive Angelica, sive humana.

Verum quid tenendum est de primâ hæc prærogativâ, quam ob-

tinet supra omnes alias creaturas, dum prima existit persona ad gloriam prædestinata ? Quis comprehendere posset abundantiam vel pretiositatem divitiarum divinarum, quas prima hæc effusio bonitatis Dei in creaturas suas effudit super illam ? imaginare tibi torrentem quempiam aquis superabun-

dan

dantem, quique desideret distumpere aggerem, ad exonerandum se abundantia suâ; Sed hæc comparatio nimis abjecta & humilis est ad exprimendum abundantiam infinitarum divitiarum, quæ replent divinam voluntatem. Nihilominus qui fuerit primus ad recipiendum effusionem primam, vel, si ita loqui licet, primum impetum magni hujus torrentis, quando rumpit aggeres suos in prædestinatione Sanctorum, procul dubio magis omnibus erit superfundendus.

Veni Sanctissima Virgo, tu omnium prima es, quæ digna inventis ad recipiendum illas, & quia tu prima es omnium prædestinata ad gloriam, mensura tua major erit, quam illa omnium aliarum creaturarum prædestinatarum, eo quod

tu sola superes omnes amplitudine & capacitate ad recipiendum & includendum in te met ipsa totam immensam magnitudinem Majestatis Dei, quam vastissima amplitudo cælorum non poterat continere; *Quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* O Sanctissima Virgo, primum & exquisitissimum opus prædestinationis divinæ. Quanta diffluit abundantia gaudij in fideles famulos tuos, dum elevatam te cernunt ad sublime hoc magnitudinis & gloriæ fastigium. Sed quia præcedis velut omnium prima, nonnè omnes alij prædestinati figant & vibrent in te oculos ac corda, ut te contemplantur, te admirentur, teque ament; Et nonnisi infelices sint reprobi, qui obliviscantur tui, teque contemnant?

§. II.

Duo genera prædestinationis pro Sanctissima Virgine.

POST primam hanc prærogativam prædestinationis Sanctissimæ Virginis, sequitur secunda, non pertinens nisi ad ipsam; Et ecce in quo consistat. Et consistit in hoc, quod ipsa non habeat unicam solum prædestinationem, sicut creaturæ aliæ, sed habeat duas, unam, quæ similitudine accedat ad illam proptij Filij Dei; alteram, quæ accedat ad illam omnium filiorum ipsius adoptivorum. De unâ ratione quâdam dici potest loquendo de Matre, quòd S. Paulus dixit

loquens de Filio: *Qui prædestinatus est Filius Dei.* JESUS Christus est prædestinatus, ut sit Filius Dei, & Maria prædestinata est, ut sit Mater Dei; unus prædestinatus est, ut recipiat esse Dei, & altera prædestinata est, non ut recipiat, sed ut tribuat esse Deo. Duæ hæc prædestinationes Filij & Matris habent pulcherrimas inter se congruentias, & conjunctionem quandam inseparabilem; non sunt quidem omninò æquales, ambæ tamen æqualiter

Sola sanctissima Virgo habet duas prædestinationes.

sunt incomparabiles : siquidem nonnisi JESUS CHRISTUS est, qui prædestinatus sit, ut existat Filius Dei; Et nonnisi Sanctissima Virgo est, quæ prædestinata sit, ut existat Mater Dei: impossibile est Deo, attollere naturam nostram humanam altius, quàm efficere, ut homo sit Deus; impossibile etiam est Deo, elevare personam humanam sublimius, quàm facere, ut ipsa sit Mater Dei. Ecce quare dixerim, quod ambæ sint prædestinationes æquali ratione singulares, privilegiatæ, incomparabiles.

Adjice modò huic prædestinationis generi, quæ nonnisi com-

munis ipsi est cum Filio suo naturali, aliam, quàm communem habet cum filiis adoptivis, ex quâ, sicut ipsi, prædestinata est ad gloriam, sed ad sublimius culmen gloriæ, quàm possideant omnes puræ creaturæ; & ex admirabili hâc unione ambarum, quæ non est, nisi in Sanctissimâ Virgine enasci videas prærogativam secundam prædestinationis ipsius æternæ: Considera hanc benè, examina hanc benè, contemplant, perscrutent, rimant hanc, quantum volueris, admiraberis semper ipsam magis, sed nunquam omnem ipsius comprehendes magnitudinem.

§. III.

Præcipua prærogativa prædestinationis Sanctissimæ Virginis.

ET quantum spectat ad tertiam, sciendum est, inopinatum hîc quoddam contigisse accidens, quo paulisper interpellati sumus. Et fuit ingens strepitus, clamor & tumultus duorum inter se altercantium & acriter litigantium pro quâdam arbore, quorum prætendebat quilibet, fructus ipsius ad se pertinere. Unus dicebat; Arbor in meo sita est fundo, & ideo fructus ipsius mei sunt; alter dicebat, plantata est in fundo meo, & radices ipsius omne suum alimentum trahunt ex agro meo adnutriendos fructus suos; ad me igitur ipsi spectant. Uterque tam firmiter insistebat defendendo juri suo, ut necesse fuit

interrogare veritatem, ipsosque datâ sententiâ concordare. Inspiciebatur pes arboris, & inveniebatur non habere nisi duas magnas radices, quæ conferebant ipsi vitam; Sed una trahebat virtutem & alimentum suum è fundo unius, & altera sugebat vitam & vigorem suum è fundo alterius litigantis, & desuper lata est sententia, fructus esse communes, & spectare æqualiter ad utrumque. Hâc causâ finitâ & tumultu sedato, redditi sumus nobis, ego & Comes meus, nostramque resumpsimus colloquium in eodem, quo id interrupimus, puncto.

Interrogavi ipsum: Quæ igitur est

Similitudo valde accommodata argumento prædestinationis sanctissimæ Virginis.

JES
Chri
arbor
habe
radic
nam
lo, a
in to

est tertia prærogativa particularis prædestinationis æternæ, Virginis Sanctissimæ? capit subridere, mihi que respondit; jam nōsti illam, saltem illam vides, quamvis fortassis non advertas. Pulchra hæc arbor, quæ argumentum erat habitæ modè disceptationis, est JESUS Christus; ipse est, qui affert omnes fructus vitæ æternæ; ipse est, cujus fecunditas exhauriri non potest; ipse est, cujus abundantia absque mensurâ locupletat cælum & terram; Verùm ad quem spectat hæc arbor? cujus sunt omnes fructus ipsius? Id ipsum disceptatur.

JESUS
Christus est
arbor vitæ
haberi duas
radices, unam
in cælo,
alteram
in terrâ.

Cælum inquit, mea est: Si quidem nunquam non & omni tempore aspexi hanc arborem vitæ in fundo meo: Et terra inquit, mea est; ego namque vidi plantati ipsam in fundo meo, illamque nutriti visibiliter, sicut cæteras arbores meas. Pater cælestis loquitur è verticè cælorum & sublimitate æternitatis suæ: Mea est; Ego enim produxi ipsam è propriâ meâ substantiâ, exhausti quoque totam meam substantiam, ut darem illi, quod habeo, & facerem illam alterum me ipsum æqualis mecum magnitudinis; & idè mea est, & fructus ipsius mei sunt. Et Sanctissimæ Virgo loquitur de terrâ & è profundâ abyssu humilitatis suæ, & dicit: Mea est, quia donata mihi est donatione maximè solemni & plurimùm obligatoriâ; verum ul-

tra hoc jus tam legitimum, mea adhuc est, eo quòd sit opus meum, & produxerim ipsam è propriâ meâ substantiâ; Ego sola suppeditavi ipsi omnia, quibus opus erat ad conferendum illi esse, & insuper colui ipsam, educavi & enutrivim eorum lacte uberum; Mea igitur est, & consequenter omnes, quos affert fructus mei sunt.

Pater instat ex parte suâ, & dicit: Ego sum principium & essentiæ & vitæ ipsius, & omnium operationum ipsius; si per impossibile evelleretur è sinu meo, & nihil amplius acciperet ex me, nihil amplius esset, nihilque amplius posset proferre, mea igitur est, & quidquid producit, meum quoque est. Et Mater stat, agitque pro parte suâ, dicens: Mea est; nam ego dedi ipsi vitam, & sensus, & viscera misericordiæ; ego formavi ipsi Corpus, quòd obtulit in sacrificium pro hominibus, & sanguinem, quem pro ipsis effudit in Cruce; Et si separaretur à me, & nihil amplius à me haberet, non esset amplius Salvator Mundi, & nec pati, nec mereri quidquam posset pro aliquo peccatore. Verùm igitur est, ipsam meam esse, & omnes fructus ipsius esse meos. Ambo nonne optimè fundantur in jure? ambo nonne solidâ nituntur ratione, & arborem & ipsos fructus verè & ex æquo suos esse? Quid dicis ad hoc!

Examinemus rem è fundamentis, & inveniemus Jesum Christum

absolutè
necessarium est,

JESUM
Christum
esse Deum
& homi-
nem, ut sit
Salvator
noster.

verè solum esse arborem vitæ, quæ producat & afferat in ramis suis omnes fructus æternitatis, id est, omnes Electos; sed non habet nisi duas magnas radices, è quibus trahit omnem substantiam conferentem sibi vitam, omnem vigorem reddentem se adeò fecundum, & omnem bonum saporem, quem suis elargitur fructibus. Una radicem ipsius plantata est in cælo & pertingit usque ad sinum Dei; altera plantata est in terrâ, seque extendit usque in sinum Sanctissimæ Virginis. Utraque æquali ratione est ipsi necessaria, ut sit, quod est, nempe Salvator hominum, & faciat, quod facit, id est, producat fructus æternitatis, qui sunt prædestinati: siquidem si avulseris ipsi radicem unam, destruxeris ipsum ex integro; non foret amplius quod est, nec operari amplius posset, quod operatur.

Si avulseris ipsum è sinu Patris sui æterni, & is non amplius recipiat vitam suam divinam ab eo, non erit amplius nisi purus homo, nimium debilis, & profus impotens ad salvandos homines: Et si avulseris ipsum è sinu sanctissimæ Matris suæ, nihilque amplius is suæ habeat humanitatis, non erit amplius nisi Deus, inhabilis ut pariat & mereatur pro hominibus. Verùm permittas vivere ipsum vitam utraq; divinam & humanam, relinque ipsi ambas suas radices, quibus trahat ad se substantiam utriusque;

Et verè arbor vitæ erit summæ fecunditatis, & admitandi vigoris, habens, unde patiat & mereatur pro peccatoribus, quia est homo; habens, unde tribuat dignitatem & valorem in finitum suis meritis, quia est Deus; habens, unde producat fructus copiosissimos, & quasi infinitos, eo quod thesauri fecunditatis suæ, gratiarum suarum & bonitatis suæ existant inexhausti: Ast attende, quinam sint fontes, qui suppedient ipsi omnem hanc magnam abundantiam, & invenies esse ambos, Patrem æternum & sanctissimam Virginem. Ad pronuntiandum igitur sententiam æquitati conformem, dicendum est, arborem pertinere ad utrumque & fructus, quos affert, esse utriusque.

Revertamur modò ad rem. Interrogabas, quanam sit tertia prærogativa prædestinationis æternæ Virginis Sanctissimæ, quæ attollat ipsam super omnes alias; quanam sit hæc præ eminentia, quæ non nisi ad illam pertineat? Ecce tibi illam; & est, quod ipsa prædestinata sit ratione quâdam tam singulari, tamque admirabili, ut veniat quâdam ratione in partem rerum omnium cum Deo Patre & Filio suo, in magno negotio, quod tangit & concernit prædestinationem Sanctorum. Ipsa est per Filium suum & in Filio suo, unum è duobus principis, quæ concurrunt ad executionem effectivam prædestinationis illorum, & salutis omnium Electorum

Omnis præ-
destinatio
pertinet ad
sanctissimam Vir-
ginem.

Moti-
effica-
omne
pellu-
Christi
ut de-
sint e-
Sancti-
mam
ac.

rum. Non sicut absolute impossibile est JESU Christo adimplere predestinationem unius solius, absque concursu Patris sui æterni, eo quod absque ipso non esset Deus; ita impossibile quoque est ipsi adimplere illam absque concursu Sanctissimæ Matris suæ, eo quod absque hac non esset homo.

Nonne luculenter vides, efficax hoc esse motivum, ut omnes Electi Sanctissimæ sese devoteant Virgini; nec immeritò affirmari, quod evidens predestinationis sit signum, si anima occulto sed forti vinculo adhæreat ipsi, sentiatque certam quandam in corde suo inclinationem, quâ moveatur, ut illi sit devota, ipsam amet, ipsique serviat? Nonne inæstimabilem intueris obligationem, quâ tenetis tribus hisce personis Patri Filio, & Sanctissimæ Virgini, dirigentibus hâc ratione magnum æternitatis nostræ negotium? an probè hoc vides? an benè id capis? Non, non satis id intelligis, nec grati animi memoriâ magnam hanc prosequeris veritatem; nec unquam aliquis omnem ejus perspiciet vel amplitudinem vel profunditatem, quoad oculi ejus illuminet jubar ac splendor magnæ dei Domini: Expectanda est beata Dei visio, quæ omnes illi manifestabit veritates in suo principio.

Si omnes fructus, qui pendent è ramis arboris se portantis, seque nutrientis loqui possent telluri,

quæ arborem hanc conservat ac sustinet, suumque sinum aperit ad nutriendum illam per radices suas, ac subministrandum illi alimentum, quod suis impertitur fructibus; nonne dicerent illi: Tu communis es Mater nostra: quamvis enim absolute dependeamus ab hac arbore, quæ Patrem nostrum agit, nihilominus verum est, quod ipsâ absque te mansisset sterilis, non esset id, quod est, & nos, quod sumus, non essemus. Hem! Nonne vides, ipsos id dicere, quantum possunt? Observa illos benè, & advertes, quod omnes hi fructus parvos suos ocellos vertant in ipsam, quodque omnes rotundam capiant formam, quasi ad complacendum ipsi, ipsamque imitandum; quod omnes eadem omninò inclinatione ferantur versus ipsam; quod quanto plus creverint, plus quoque crescat hæc inclinatio, & augeatur in ipsis, quodque ipsa adhibeat vim, quâ cogat ramos arboris ad inflectendum se cum illis, & sub illis, ut ita satisfaciat ipsorum inclinationi, quæ est, approximare semper magis magisque terræ; Et tandem, si assequi possint plenam suam maturitatem, suis satisfacient desideriis, seque sponte divellent ab arbore, ut cum gaudio dilabi & involare possint in sinum Matris suæ.

Ah! Christiane, chare mi frater, ecur non addiscis obligationes tuas erga sanctissimam Virginem ab innocentibus his creaturis? Verum est,

Pulchra comparatio nos admonens obligationis nostræ.

Motivum efficax, quo omnes impelluntur Christiani, ut devoti sint erga Sanctissimam Virginem.

est, quod agnoscere debes & confiteri, omnia te debere JESU Christo, qui arbor est vitæ, tibi tribuens esse supernaturale per gratias suas, te nutriendi propria substantiâ suâ, teque portans in brachiis suis: Sed nonne omnia quoque debes Sanctissimæ Virgini, quæ subministrat ipsi è proprio limbo suo, id omne, quod is tibi dat tantâ cum bonitate; ipsa exhaurit se propter ipsum, ut ipse exhauriat se propter te; Et si verum est, quod absque illo tu non esses id, quod es, verum quoque est, quod is absque illâ non esset, quod est.

Exhortatio ad devotionem erga Sanctissimam Virginem.

Ubi est ergo gratitudo tua, & debita obligationis tuæ erga ipsam agnitio? Nonne præstandum saltem sit tibi universali huic Salvatori tui, & salutis tuæ Matri, quod præstant, quod exhibent fructus teluri? Nonne figas quoque tuos in ipsam oculos, ut ipsam semper magnâ aspicias cum veneratione? Nonne in hoc complacere illi stu-

deas, ut quantum poteris, juxta ipsius te efformes exemplar? Nonne incessanter propendeas in ipsam, hæcque tui cordis inclinatio absque intermissione feratur ad honorandum ipsam, ad famulandum illi, ipsamque amandum devotione plenâ fervore, tenetudine & reverentiâ? Nonne amor tuus quotidie excrescat in illam, maximumque tuum sit desiderium, dilabendum tandem in manus ipsius, tuumque reddendi spiritum Deo velut fructum, qui pervenit ad perfectam maturitatem suam, mediante potentissimâ intercessione ipsius?

Relinquo meditationi tuæ prosecutionem harum comparationum, quibus convincas temetipsum efficaciter ad implendum obligationes tuas erga Sanctissimam Virginem, dum ego interim me accingo ad dicendum tibi aliquid majus de prædestinatione illius.

* * *

ARGUMENTUM.

Omnes tres personæ adorandæ Trinitatis recipiunt notabile incrementum gloriæ ex prædestinatione Virginis Sanctissimæ.

ARTICULUS IV.

O Primè exploratum est nobis Deum sufficientissimum esse sibi ipsi, ipsumque nec

magnificari, nec locupletari, nec perfici posse ab infirmo omnium creaturarum suarum nihilo: Compertum

petum quoque nobis est, ipsum non minus esse Deum infinita ratione magnum, dum consideratur solus in seipso ante creationem mundi, quàm sit modò totus circumfusus omnibus potentia suæ effectibus, & glorificatus manuum suarum operibus. Nec latet nos, ipsum non condidisse creaturas propriæ gratiæ utilitatis, ut traheret ex illis laudum suarum, obsequiorumque suorum tributa, quibus non indiget pro se: sed creavit illas ex merâ bonitate ac liberalitate, ut ex sua communicaret illis abundantia: *Dixi Domino; Deus meus*

Psal. 115. v.
3.

es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Nihilominus invenimus quòd antiquissimus Patriarcha Jerosolymitanus S. Hefychius, Sanctissimæ Virginis evulgans Excellentias, ornaverit ipsam elogio, quòd innuere videretur, ipsam admodum necessariam fuisse Deo; siquidem appellat ipsam *Totius Trinitatis Complementum*, id est, ultimam completionem & perfectionem ejusdem. Si strictè accipiantur hæc verba, videntur injuriosa esse sanctissimæ Trinitati: Si enim ipsa perfici & compleri posset, deesset ipsi aliquid, ut esset perfecta & completa; Et si ita esset, ipsa non foret Deus: hoc credere de Deo, horrenda foret impietas; idque asserere blasphemia foret execranda. Sic manifestum est, nunquam fuisse intentionem Hefychij, ut verba sua in

S. Hefychius.

Quo sensu dixerit Hefychius Sanctissimæ

R. P. Isaac. Tom. III.

hoc acciperentur sensu; siquidem dixit illas in occasione quâdam, quâ loquens de Sanctissimâ Virgine, comparat ipsam arce Noë, & observans, quòd in arcâ hâc fuerint tres mansiones, vel tres conignationes, aut tria habitacula, ad recipiendum in illis tria creaturarum genera; affirmat, quòd similiter Beatissima Virgo tantæ fuerit amplitudinis, tantæque capacitatis, ut fuerit habitaculum trium personarum Trinitatis; Patris, cujus imitabatur fecunditatem, producendo eundem cum ipso Filium, possidentem easdem in sinu Virgineo Matris Excellentias, quas possidet in sinu Patris sui; Et Filij cujus est Mater, qui non invenit hoc habitaculum nimis parvum, ut hospita-retur ibi personaliter novenorum spatium mensium; Et tandem Spiritus Sancti, qui replevit ipsam abundantia omnium gratiarum suarum.

ma Vir-
ginem esse
comple-
mentum
totius San-
ctissimæ
Trinitatis.

Volens significare per hoc, non quod ipsa adjungeret aliquid Excellentij Sanctissimæ Trinitatis, vel quòd adderet novum quendam splendorem personis divinis; sed potius, quòd reciperet ipsa hunc ab illis, quòdque tota Sanctissima Trinitas se impenderet ad perficiendum illam, ut compleret perfectum ipsius honorem: Et in hoc sensu illam nominat Totius Trinitatis complementum, id est, opus perfectum totius Sanctissimæ Trinitatis.

D

Verum-

Verumtamen post literalem explicationem hujus effati, quàm veram esse credo, & maximè Catholicam, concessum utique mihi fuerit hic loquenti de excellentijs Sanctissimæ Virginis, rimati & perscrutari illas juxta hunc tam inusitatum loquendi modum, vobisque desuper specialem quandam proponere considerationem; ex quâ

perspicietis, ratione quâdam verum esse, quòd ipsa prædestinata sit à Deo, ut tribuat omnibus tribus Personis adorandæ Trinitatis certum quoddam complementum, & incrementum perfectionis, quòd nunquam habuissent absque illâ, quodque saltem cedit ad gloriam externam Dei.

§. I.

Quòd Sanctissima Virgo tribuat incrementum gloriae personæ Patris aeterni.

Incipiamus à Patre. Dubitari non potest, quin possideat ipse omnem infinitam perfectionem divinx paternitatis, communicando totum suum esse Filio suo Unigenito. Hinc non nisi unicâ tantum vice producere illum potest, eo quòd exhaustiat omnem suam virtutem in Generatione hâc verbi sui, quàm nunquam inceptit, quàm interrumpere nunquam potest, quamquæ finiet & absolvet nunquam. Sic Sanctus Iob sapientissimus hic Theologus sublimi quadam ratione affirmat: *Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non reperit.* Quid igitur deesse illi potest pro ultimo Complemento perfectionis Patris? Nihil planè.

Iob. 33. v.
14.

Nihilominus juxta nostrum concipiendi & intelligendi modum, divinus hic Pater producit Unigenitum suum ex totâ plenitudine di-

vinæ essentix suæ, ut plerùmque dicunt Theologi, vel ut loquar cum Sancto Hieronymo, *ex medullis divinitatis*, non producit ipsum è sinu suo, nisi per viam intellectus sui: siquidem voluntas ipsius non influit in magnum hoc opus, id est, ipsa non impendit hic virtutem suam, eò quòd voluntati non congruat cognoscere, sed amare: nec libertas ipsius hic aliquam partem habet, eo quòd non producat ipsam per liberam determinationem voluntatis suæ, sed per fecunditatem suæ essentix, quæ necessaria est. Nonnè tibi videtur, id fore complementum quoddam ipsius gloriæ si produceret ipsum etiam per voluntatem suam, & per suæ decretum voluntatis?

Ulterius Pater producit Deum sibi æqualem & perfectam sui imaginem, habet quidem Filium ad se spectan-

Quid sit
Christiana
Virgo ad
jungat
rix Dei
tris aeterni

spectantem; verum hic est Filius, qui nihil ipsi debet, qui exhibere ipsi non potest nec obedientiam, nec reverentiam, nec aliquod servitium, eo quod non sit ipsius subditus, nec ipso inferior, sed ipsi in omnibus æqualis. Nonne tibi videtur juxta debile nostrum concipiendi modum, quod foret notabile complementum honoris & gloriæ Patri, si idem hic Filius manens semper in possessione infinitæ Majestatis suæ, ipsi esset subiectus, ipsi obediret, ipsique præstaret homagia obsequiosissima? quàm majorem gloriam recipere posset, quàm si videret à Deo æquè magno se adorari?

Jam hoc est admirabile complementum, quod recipit à Sanctissimâ Virgine. tunc cum ipsa prædestinata est ad complendum Mysterium ineffabile Incarnationis Verbi: siquidem Pater, qui non po-

ruit producere illum in se ipso, nisi per intellectum suum, & per necessitatem quandam naturalem, reprodicit ipsum denuò in illâ per voluntatem suam, & per Decretum libertatis suæ. Pater, qui videt ipsum nasci in sinu suo sibi æqualem, ita, ut nullam recipere posset ab ipso submissionem, videt ipsum nasci è sinu Sanctissimæ Virginis se inferiorem, sibi que subiectum, adeoque dispositum ad præstandum sibi tam perfectam obedientiam, tam eximia servitia, tam profunda homagia, ut daturus sit propriam vitam suam in cruce, ad exhibendum sibi per sacrificium honorem infinitum sibi debitum. Quis diffitebitur, sanctissimam igitur Virginem benè considerari posse respectu Patris, velut complementum perfectum Trinitatis? *Totius Trinitatis Complementum.*

§. II.

Sanctissima Virgo tribuit incrementum perfectionis Personæ Filij Dei.

ET respectu Personæ Filij idem dicendum est. Dubitari non potest, quin nascatur ipse in æternitate è sinu Patris dives omni infinitudine perfectionum infinitarum Dei, eo quod sit Deus natus de Deo, lumen de lumine, DEUS verus de Deo vero, uti loquitur nostrum fidei symbolum: Ipse est Verbum æternum, quod solùm &

unicum magnum format discursum, absque syllabis, absque voce sensibili, absque successione, quod perfecte explicat in instanti æterno omnes cognitiones infinitas principij sui. Cum igitur verum sit, quod ipse sit proprius Filius Dei æqualis Patri suo, quid desiderari posset pro majori complemento divinitatis hujus personæ? Nihil profectò.

D 2

Nihil.

Quid sit
in illius
Virgo ad
ungat
ia Dei
ris æterni

Quale incrementum gloria receperit personam Filii à Sanctissima Virgine.

Nihilominus S. Athanasius excitat nos ad formandum hunc conceptum, quòd sicut Verbum nostrum capax est duarum Nativitatum, interioris & exterioris. Interior est, quando concipimus in mente aliquam cogitationem, quam custodimus in nobismet ipsis quamque appellat *Verbum mentis*, Verbum internum; Et alia nostris affixa exterior est labiis, quando producimus extra per verbum quoddam sensibile id, quòd cogitamus; Et hoc Verbum exterius, quòd est velut secunda quædam Nativitas interioris, ipsi tribuit totum complementum, quòd haberi potest: ita Verbum æternum conceptum & productum in sinu Patris, quòd autem permanebat totum internum & absconditum in seipso, ante cuncta sæcula, capax etiam fuerit secundæ cujusdam Nativitatis, vi cujus manifestatum & ostensum fuerit exterius, ac sensibile redditum, ut cognoscere possemus omne arcanum cordis Dei,

quòdque magna hæc cogitatio in intellectu ipsius, quam concepit ab æterno, quamque servavit in semetipso, tandem exposita fuerit oculis nostris. Quis non fatebitur, quòd juxta nostrum concipiendi modum, hæc secunda Nativitas Verbi Patris æterni, tribuerit ipsi totum, quòd habere potest, complementum?

Cùm igitur Beatissima Virgo prædestinata sit, ut sit velut os exterius Patris, quòd exterius producat nobis divinum ipsius Verbum; ipsa enim est, quæ contulit ipsi corpus, idque visibile reddidit atque sensibile; cùmque nasci illud fecerit secundâ vice, ut daret illi totum complementum, quòd habere potest Verbum quòd est, proferri exterius, postquam conceptum fuerat interius: Quis non videt, quòd nuncupari possit ipsa non minus respectu secundæ Personæ, quam respectu primæ, complementum Sanctissimæ Trinitatis? *Totius Trinitatis Complementum?*

§. III.

Sanctissima Virgo tribuit incrementum fecunditatis Personæ Spiritus Sancti.

Sed res magis adhuc manifesta est respectu tertiæ Personæ, quæ est Spiritus Sanctus. Ipse infinitâ ratione perfectus est, quia adoramus ipsum velut eundem Deum cùm Patre & Filio: hæc duæ Personæ non sunt nisi unicum solum

principium Spiritus Sancti, eo quòd producant ipsum per divinam voluntatem, quæ est eadem in amobus. Dubitari non potest, quia ipse infinitâ ratione sit perfectus, eo quòd habeat eandem essentiam divinam, & omnes easdem perfectiones

ationes infinitas, quæ sunt in alijs personis divinis; omnem igitur bonitatem habet, omnemque fecunditatem, quæ est in Patre & in Filio, cum non sit ipsis inferior, sed ipsis æqualis in omnibus.

Quale
Comple-
mentum
Sanctissi-
ma Virgo
tribuat per-
sonæ Spiritus
Sancti.

Et nihilominus non videmus hanc fecunditatem in illo; ipse non manifestabat se, antequam Sanctissimâ Virgo ei ad hoc præbuerit occasionem. Illa Patris nobis apparuit in generatione æternâ Filij sui Unigeniti: Pater & Filius manifestârunt suam in productione Spiritus Sancti. Sed tertia hæc Persona æquè dives in bonitate & fecunditate ac duæ aliæ, videbatur sterilis, cum ipsi impossibile esset producere quartam personam in Trinitate. Mira profectò res est, quòd plerùmque attribuatur potentia Patri, sapientia Filio, & bonitas Spiritui Sancto. Jam, qui dicit bonitatem, dicit fecunditatem, eo quòd proprium sit bonitati dare & communicare se; & nihilominus hæc bonitas, quàm concipimus in Spiritu Sancto, velut in suo throno, & in totâ excellentiâ suâ permanebat sterilis intus in Deo.

Cur Spiritus
Sanctus,
cui attri-
buitur bo-
nitas per
excellen-
tiam, sit
sterilis in-
tus in Deo?

Nonnè judicaremus, juxta exiguum cognitionis nostræ lumen, quòd foret incrementum gloriæ, & perfectum complementum infinitæ huic bonitati Spiritus Sancti, si esset etiam principium alicujus personæ divinæ; sed hoc est impossibile intra septum & comple-

xum Sanctissimæ Trinitatis. Quare hoc asserimus! Fides nos sic docet, & hoc sufficit, ut firmiter ita credamus. Verùm postquam ita captivavimus intellectum nostrum in credendo, si permissum esset nobis attollere oculos tenuis ac debilis nostræ rationis humanæ ad aspiciendum illam, videremus, quòd bonitas hæc infinitâ ratione fecunda, quæ se terminat ad Spiritum Sanctum, tota sit exhausta à Patre & à Filio in producendo ipsum, cum minus non possent, quàm impendere illam totam integram ad producendum terminum tam nobilem. Verum est, quòd habeat ipse eandem hanc bonitatem fecundam, quæ est in Patre & Filio, sed habet ipsam totam exhaustam, cum ipsemet torus, si ita loqui licet, ipse sit exhaustio.

Nihilominus conqueri videtur apud Prophetam Isaiam: *Nun-^{Isa. 66. v. 9.} quid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam?* Responderi posset ipsi, quòd Rachel marito suo; *Ingrede ad ancillam, ut pariat,^{Gen. 16. v. 2.}* Ita Bonitas infinita Spiritus Sancti cris fecunda, & nasci videbis personam quandam divinam, si non ex propriâ tuâ substantiâ, saltem ex virtute tuâ infinitâ: Verùm hoc erit per ancillam, Virginem hanc Matrem, quæ Angelo apportanti sibi è cælo magnificum hoc nuntium, quòd conceptura erat ex operatione Spiritus Sancti, responsum dedit: *Ecce ancilla Domini.^{Luc. 1. v.}*

Matth. 1.
v. 20.

Cum igitur Beatissima Virgo prædestinata sit ad producendum personam quamdam divinam ex operatione Spiritus Sancti, sicut verbis luculentis nobis declarat Evangelium: *Quod enim in eâ natum est, de Spiritu Sancto est*, ipsaque apparere faciat in illo gloriosam hanc fecunditatem per productionem personæ cujusdam divinæ, quam ipse non habet in Divinitate: nonne videtur, quod ipsa conferat illi in hoc admirabile quoddam complementum, ipsaque merito nuncupari possit respectu Spiritus Sancti, sicut respectu Patris & Filij, complementum universale Sanctissimæ Trinitatis, totius Trinitatis complementum.

Nihil amplius exoptandum mihi fuerat post hanc declarationem,

quæ mihi ostendebat, quantum gloriæ prædestinatio Sanctissimæ Virginis attulerit omnibus tribus Personis adoranda Trinitatis; totus igitur attonitus mansi æstimatione & admiratione incomparabilium ipsius Excellentiarum; Verum quasi Comes meus legisset in corde meo, ubi nonnisi magna & gloriosa volebam de Beatissimâ Virgine, etiam pro vitâ præsentis (siquidem imaginabar mihi, ipsam resplendere debuisse majori honore & felicitate, quam omnes Principes mundi) interrogavit me: An probè nôsti, quid erga tum felix tamque auspicata prædestinatio produxerit in illâ per totum decursum vitæ suæ mortalis? Dicam tibi, & forsân admitaberis.

ARGUMENTUM.

Quid prædestinatio Sanctissimæ Virginis produxerit in illâ, cum viveret adhuc in terris.

ARTICULUS V.

Quam malè infirma rationis nostræ humana lumina judicare faciunt de rebus Dei? Probè novimus, prædestinationem esse decretum liberum voluntatis divinæ, infinitum denotans amorem erga animas prædestinatas, eo quod per hoc deducantur ad possessionem boni infiniti; Sicut econtra reprobatio denotat infinitum odium erga alias, quas

ob sua crimina condemnat ad miseras æternas; Et ex hoc judicamus, nihil esse in totâ serie prædestinationis electorum, quod plenum & refertum non sit felicitate, eo quod sit effectus amoris infiniti, qui velle non potest nisi bonum objecto amato; Et hoc judicium videtur æquitati omninò consentaneum.

Nihil.

Est præde-
stinati ad
cælum, ple-
rumq; sunt
infelices in
terris,

Nihilominus contrarium, omni-
nò nostris obversatur oculis : Si e-
nim adversitatis tolerandæ occur-
rant in hac vitâ, plerumque acci-
dunt hominibus bonis, qui sunt
Electi, dum alij vivunt in prospere-
ritate & abundantia consolationum
humanarum. Verùm hic nostra
nos decipit ignorantia, & judicate
nos facit de rebus protus ex oppo-
sito. Quòd nos decipit, est, quòd
accipiamus pro adversitate id, quòd
est reipsâ maxima prosperitas re-
spectu justorum, eo quòd Cruces
certa sint via, deducens ipsos ad sa-
lutem suam : Tollat Crucem suam,
& sequatur me ! & ex adverso nun-
cupamus felicitatem & prosperita-
tem id, quod reverà est magna mi-
seria respectu inimicorum Dei, eo
quòd, qui particeps non fuerit cru-
cis, particeps futurus non sit salu-
tis. O quàm longè aliter cogitat &
loquitur mundus ! Si quis fatuitatis
sibi impingere vult notam, nota
faciat hæc animi sui sensa ; Et qui
suum vult perdere tempus, persua-
dere illa contendat mundo, & ob-
tinebit nunquam, quòd intendit.

Verùm est, fatebatur mihi, quòd
fatua mundi sapientia longè alia te-
neat effata, & multum diverso lo-
quatur idiomate. Verùm an cre-
dendum est illis ? Si Christiani su-
mus, an aures non habeamus ad au-
diendum id, quod S. Paulus affir-
mat nobis, quod ij, quos prædesti-
nat Deus, fieri debeant conformes
imagini Filij sui. Oraculum fidei

est id asserens nobis, dubitare de eo
non licet. Certum est, neminem
prædestinari posse, ut sit Filius Dei
adoptivus, nisi conformitatem ha-
beat cum divino hoc exemplari.
Ipse solus est prototypon, omnium
prædestinatorum, & ceteri omnes
illius solummodò sunt eÿypa ;
Studeamus huic prototypon, & vide-
bimus in eo veritates splendidas in-
star solis, quæ maximo cum stupo-
re detegent nobis stupiditates no-
stras & ignorantias.

Quando Scriptura nobis dicit,
quòd JESUS Christus prædesti-
natus sit Filius Dei, an dicere vult,
quòd obtenturus sit omnia bono-
rum, & honorum, & prosperitatum
temporalium genera ? responde
mihi ad hoc : respondeo tibi, quòd
credibile admodum sit, ipsum vel-
ut prædestinatum habiturum indis-
ferenter omnium genera bono-
rum, temporalium, æternorum,
spiritualium & corporalium : aliàs
enim prædestinatio non foret effe-
ctus amoris infiniti. Hem ! an er-
gò, replicat ille, æstimanda sunt
omnia, quæ contulit ipsi, velut ma-
xima bona, summæ prærogativæ ?
Jam videamus, ad quid prædestina-
verit ipsum.

An id erat ad obtinendos hono-
res ? Non, sed prædestinatus est ad
contemptus, humiliationes, inju-
rias, opprobria, & omnis generis
abjectiones ; hoc est, quòd non
habet à seipso ; hoc est, quòd sua
ipsi confert prædestinatio. Hæc
igitur

Ut aliquis
sit præde-
stinatus,
conformis
fieri debet
Jesu Chri-
sto patienti

prædestina-
tio non
confert ele-
ctis nisi bo-
na ; sed non
confert nisi
Cruces, er-
gò hæc bona
sunt.

igitur bona sunt amore digna infinito, quo Deus fertur in illum, quando in suum prædestinat ipsum Filium, quamvis ignorantia nostra persuadeat nobis, ipsa esse mala; quamvis natura ejusmodi doctrinæ acriter reluctetur, illamque fatuitatis insigniat caractere. Verùm conqueratur, vociferetur, desperet, si velit, reluctante etiam ipsa veritas Dei permanebit in æternum. Humiliationes notæ sunt & effectus prædestinationis æternæ Filiorum Dei, & non honores, nec vana mundi gloria.

Christus est prædestinatus ad paupertatem, & non ad divitias.

An igitur prædestinavit ipsum ad accumulandas divitias, dignitates, potentiam? Non, sed prædestinavit ipsum ad paupertatem, subjectionem & exspoliationem omnium vitæ commoditatum. Certum est, eundem infinitum amorem, qui prædestinavit ipsum ad hoc, ut esset Filius Dei, contulisse ipsi hæc omnia; consequenter fatendum & asseverandum est, hæc bona esse inæstimabilia: Siquidem impossibile est, amorem infinitum velle aliud, quam bonum illi, quem amat; Et ideò verum est, stolidam mundi sapientiam decipi, dum hæc malorum vilificat nomine. O Deus! qualis doctrina! quæ ratione prudentia carnis comprehendet philosophicam tam sensibus & naturæ oppositam; nihilominus à quo docetur, est veritas ipsa.

Unico verbo **JESUS** Christus prædestinatus non fuit, ut diffue-

ret voluptatibus, sed afflueret doloribus; non ut frueretur immortalitate, hanc enim possederat à semetipso, sed ut moriendi haberet capacitatem; non ut acquireret sibi potentiam, sed ut subjiceret se infirmitati; non ut obtineret immensitatem, hæc enim inseparabilis erat ab ipso, sed ut amplecteretur exilitatem, & quasi redigeretur in nihilum: Et omnis anima prædestinata expectare debet hunc à Deo favorem, ut similis ipsi in omnibus reddatur, sèque æstimare tantò feliciorum, ac de prædestinatione sua certiorum, quanto magis se videbit locupletatam omnibus ijs bonorum generibus, quæ stoliditas mundi mala appellat. Hoc posito velut indubitato principio.

Quæris, quid lucri ac commodi traxerit Beatissimâ Virgo ex eo, quòd fuerit prædestinata, ut esset Mater Dei? haud aliud, quam quòd obtinuerit plus conformitatis quovis alio, quâ sua prædestinatio æqualis esset prædestinationi Filij sui Unigeniti; consequenter, quòd plus participaverit ex miserijs vitæ suæ mortalis, quòd plus participaverit ex miserijs vitæ suæ mortalis, quòd plus fuerit abjecta, magis contempta, magisque annihilata coram oculis mundi, quam quævis alia pura creatura; quòd magis fuerit pauper, ac toleraverit plura post **JESUM** Christum; siquidem hic nimis amat ipsam, quam ut ipsam consortem non magis reddat, quam

quàm quamvis aliam, divitiarum, quas accepit à Deo Patre suo, virtute decreti divinæ suæ prædestinationis. En tibi statum ipsius aspice hunc mundi sapientia, & erubescere ac confundere.

Sanctissima
Virgo fuit
conformis
in prædesti-
natione suâ
Jesu Christi
in suâ.

Ipsa pauper & inops est puella, orta quidem è familiâ admodum nobili & splendidâ, utpote magnam fetiem Regum, Principum & Patriarcharum annumerans avis ac majotibus suis; nihilominus conjux est pauperis fabri lignarii, suum compulsa lucrari victum labore manuum suarum; Est Mater alicujus pendens è Cruce, quem suo cum ludibrio vidit ultimo affectum supplicio per manus satellitum, morte sublatum favâ ac probrosâ, duos inter insignes latrones, & coram innumerabili multitudine populorum ex omnibus mundi partibus congregatorum, à quibus deferrentur in omnem regionem ac terram hujus nuntia infamâ.

Est ne ergò, ô sanctissima Virgo, hæc tota prærogativa, quæ tibi accidit ex admirandâ prædestinatione tuâ in præsentia hac vitâ? Itane dignitas Matris DEI te aliis non ditavit privilegiis, quàm ut esses Matrem omnium afflictissima & infelicissima judicio hominum? ô quàm longè excedunt consilia Dei captum & intellectum nostrum, quàmque diversa agendi est methodus, quæ

M. P. I. I. I. Tom. III,

ulitur gratia, ab eâ, quæ utitur mundus! si hujus standum foret judicio, tantum elevari oporteret Matrem Dei in gloriâ, in divitiis, in quibuscunque prærogativis & excellentiis, supra cunctos vertices coronatos, quantum elevantur & attolluntur hi super novissimum è sæce hominum; sed cæcus is est, insanus est hic mundus, quod appellatur ab ipso magnificentum, æstimatur à Deo abjectum, & prorsus indignum tum se, tum sanctissimâ Matre suâ, quodque vilescit ipsi velut exile, infelix ac miserum, id maximo apud Deum est loco, velut verè eximium, præpollens & amplum, quod solum sit dignum se & electis suis.

Ex hoc pronum mihi erat cognoscere, Comitem & Ducem meum non esse hominem ex hoc mundo, cujus verba, distare magis videbantur mihi ab omni eo, quod plerumque & creditur & asseritur in mundo, quàm cælum distet à terrâ. Quàm paucos invenias, dicebam ipsi, tuæ sequaces opinionis! si dixisses hæc omnia coram cætu millenorum hominum è mundi gremio sapientissimorum, nescio an unicum, qui fidem tibi habeat, sis habiturus; fac quidquid volueris, jam mundi obtinuit mos metiri bona & mala hujus vitæ juxta methodum & modulum suum naturalem; non alia is unquam inducet

E sentia;

lensa; adeoque sentiendum & loquendum est de rebus, sicut sentiunt & loquuntur in mundo omnes.

Quam magna sit cecitas mundi in rebus Dei-

Matth. 7 v. 13. & 14.

Nihilominus, reposuit mihi ipse, iis omnes tenentur errore; ipsorum multitudo argumento non est, quod polleant sapientiâ, sed potius ipsorum arguit stoliditatem; scriptum est enim: stultorum infinitus est numerus. Innumerabilis multitudo hanc tenens & terens semitam, non assecurat, hanc viam esse cœli, sed potius evincit oppositum, eum facer habeat codex, quod arcta via sit, quæ ducit ad vitam, & pauci sint, qui inveniunt eam; contra spatiosa sit via, quæ ducit ad perditionem, & multi sint, qui intrent per eam; estque hic verum, quod cœcis cœci ducatum præstent, sitque nec unicus, cui indagare sit cura, an rectam teneant viam, cum omnes viâ in redant regiâ. Verùm si anima vel leviter suos aperiat oculos ad recipiendum parvulum lucis, quæ JESUS Christus est, radium, cernit illic, quod, quicumque non sequitur ipsam, deflectat à viâ, in errore versetur ac tenebris; in ipso instanti perspicit & percipit universalem mundi cecitatem, quam cum lucem fuerat amplexa, nec sicut ipse vel cogitare, vel loqui novit amplius. Ecce bonum hujus notitiæ usum, qui amplectendus est cuilibet animæ Christianæ.

Quando ipsa inopem se videt ac spoliatam bonis terræ, contemptu & quâcunque calamitate obrutam, amplius dicere haud novit, infelicem se esse ac miseram; sed legere se credit in lulentis hæc Characteribus veritatem prædestinationis suæ, tantò plus certa de ipsâ, quanto se videt magis conformem JESU Christo & Sanctissimæ Matri suæ, qui prædestinationum exemplar sunt ac prototypon; seque verè felicem credit ac beatam, eo quod probè intelligat veritatem irrefragabilis & magni hujus effecti: *Quos prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui.* Eheu! hæc unica persuasio afferret pacem, gaudium, felicitatem decies centenis animarum millibus, quæ ingemiscunt, seque infelices credunt in eâ, quam patiuntur, calamitate; sed reverà infelices non sunt, quia patiuntur, cum per id, quod passi sunt, omnes electi sint, quod sunt, nempe beati. Ipsæ ergò infelices & miseræ non sunt, nisi ex eo, quod potius credant falsis opinionibus mundi, quàm veritati Dei.

Beatâ anima, quæ pensulatim ponderat & benè capere novit pulcherrimum sancti Bernardi dilemma: *Vel JESUS Christus decipitur*, quando præfert caducorum bonorum exspoliationem, humiliationem, afflictionem, divitiis, honoribus & voluptatibus;

Quomodo ratiocinandum sit modo Christiano.

Rom. 1

Dilectus efficitur confitens, Bernardus

Est virtus iniqui

vel decipitur mundus, quando tenet vel dicit oppositum. Jam impossibile est, JESUM Christum decipi, eo quod ipsa sit veritas; certum igitur est, quod decipitur mundus. Quid faciat anima hoc ardua dilemmate? Ambobus credere non potest, eam afferant sibi invicem contraria; eligere ergo ipsam oportet

unum è duobus. An eligat potius mundum, qui decipitur, ut se perdat, quam adhæreat veritati ipsi, JESU Christo, ut se solvet, seque de praedestinatione suâ reddet securam? Ponderemus hæc bene, trutinemus exactè & terminamus per hoc primam nostram consulationem.



CONSULTATIO II.

Nomenclatura, quæ ostendit Excellentias Sanctissimi Nominis MARIA.



ONDUM constabat mihi de nomine Ducis & Comitis mei, idque molestum accedebat mihi; semper enim paulisper arctamur, dum nescimus, cui loquimur: sed petere id ab ipso non audebam, cum adversari mihi videretur decori & reverentiæ, quam ipsi debebam. verum est, ipsum magni jam nominis fuisse in animo meo, id est, magnæ existimationis, valoris eximii, sed nondum habebat id in ore meo; cum nescirem, quæ appellaretur.

Bonâ sorte habuimus obvium amicorum suorum quempiam, qui læto & ad omnem hilaritatem

composito ipsum excepit vultu, quæ sententiæ, ab eo mihi spem faciens, me ex ore hauritur, ab eo jus percepturum Nomen ipsius: quod agnoscat, sed spes fefellit me: siquidem in more positum non est, personis honorificis imponere nomen, dum salutantur; Et tamen omnino deceptus non sum; loquebatur enim in principio ipsi de quodam alio, cujus nomen mihi valde erat perspectum & notum, quamvis non eisdem ejusdem persona; & ubi primum illius audivi pronuntiarum nomen, sentiebam ex eo demulceri me gaudio. Quid est hoc, dicebam intra me ipsum? Non cognosco illum quem video, eo quod ignorem ipsius nomen, & hoc affligit me; & cognosco illum, quem nunquam

E 2 vidi

Est secreta
virtus in
nominibus,